Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift

sidente in regni solio La-dislao
pie memorie rege. episcopi et abbates
et qui preerant in regimine sancte ecclesie.
audientes sanctitatem eius signis
testantibus. communi decreto triduanum
ieiunium indixerunt afflictionem.
ipsique orationibus vacantes. visitatio-
nem superne clemencie in plebem expec-
tabant. Postea corda tollentes ad
deum. hymnorum vocibus resonaverunt
in confessione sui nominis. sicque venerunt
ad locum ubi sanctissimum corpus claudebatur.
Quem solventes aperuerunt. tantaque
odoris diffusio ascendit. quanta numquam
circumstantibus apparuit. ac omnium
qui illuc occurrerant membra lang-
widorum curata sunt. ceci lumen. claudi
plantarum soliditatem. leprosi mundam
cutem. paralitici salutem. omnesque
quacumque dolorum tenebantur obsessione
curam meruerunt. Assumpto inesti-
mabilis precii pondere. omnipotenti deo gratias
egerunt. deferentesque in theca ar-
gentea signaverunt.

Prologus In vita sancti Bernardi abbatis.

Scripturus vitam servi tui ad
honorem nominis tui.
prout tu dederis domine
deus ipsius. per quem
ecclesiam nostris temporibus
in antiquum apostolice gratie et virtutis decorem
voluisti reflorere. eum in modico ad-
iutorem quem iam olim habeo in-
centorem amorem tuum. Quis enim de
amore tuo quantulumcumque spiraculum
vite habens. et videns testimonium
glorie et honoris tui tam preclarum et tam
fidele temporibus nostris mundo inso-
litum effulsisse. non agat et satagat:
non det operam quantamcumque potuerit.
ne lumen a te accensum tuorum que-
piam lateat. sed quantum humano fi-
eri stilo potest. quod melius ipse tu
per virtutem operum facis. manifesta-
tum et exaltatum luceat omnibus qui
sunt in domo tua? In quo cum ego iam
olim vellem prout possem qualecumque
quod ministerium agere vite mee. et
seu timore seu verecundia prohibitus
sum usque adhuc. modo quidem super
me iudicans esse dignitatem materie.
et dignioribus opificibus reservandam.
modo etiam post obitum eius quasi super-
victurus ei. melius hoc et competencius de-
liberans actitandum. cum iam homo
non gravaretur laudibus suis. et tucius id
fieret a conturbatione hominum. et
contradictione linguarum. At ille vi-
gens et valens. quanto infirmior cor-
pore. tanto fortior sit et potens. non
cessans agere digna memorie. et
magna maioribus semper accumu-
lans. que ipso tacente scriptorem A. xiii kl. Sep.
requirant. Ego vero iam de liborum ur-
gentibus infirmitatibus corporis mor-
tis huius. et mei omnibus incipientibus
habere responsum vicine mortis.
sencio instare tempus resolucionis
mee. plurimumque timeo. ne sero me
peniteat tamdiu distulisse. quod prius
quam perfluatim velim omnimodis
peregisse. Sed et me fratrum quorundam
pia benivolencia plurimum ad hoc
impellit et cohortatur. qui cum viro dei
iugiter assistant, omnia eius noverunt.
ingerentes quedam diligenti inquisi-
tione investigata. plura etiam
quibus cum fierent. ipsi interfuerunt
et viderunt et audierunt. Qui cum